



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

- 6 An verò Vicarius Episcopi ex generali commissione possit in huiusmodi denunciationibus dispensare? affirmatiuè respondeat Coninch. de Sacram. disp. 27. dub. 6. nu. 55. Cened. in Collect. ad I. s. euron: par. 2. collect. 81. nu. 5: Aized. de Precess. Episcop. Dignit. par. 2. cap. 7. num. 32: & communè dicit Paris. de Resign. Benef. lib. 3. cap. 11. num. 19. & seq. vbi etiam notat, quod ubique in Concilio Tridentino aliquid committitur ordinariis, intelligitur etiam de Vicarijs generalibus Episcoporum; vbi enim voluit Sancta Synodus Vicarium excludere, id expressit, ut in absolutione ab heresi sess. 24. de ref. cap. 6. & haec esse receptionem sententiam dicit Barbos. d. p. 2. al. 32. n. 28. & seq. Sbroz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 201. num. 1. & seq. & alijs apud Dian. p. 3. tr. 4. ref. 23. 8. quibus adde Gutier. de matrim. c. 56. num. 13. vbi dicit, quod tam Episcopus, quam Vicarius potest huiusmodi facultatem dispendi in denunciationibus Parochio, seu alteri clero delegare.
- 9 An verò matrimonium non premissis denunciationibus contractum validum sit? Resp. affirmatiuè, nisi aliud obstat, ut declarauit Sac. Congreg. Concilij apud Farinac: dec. 18. par. 4. Diuers. & diximus supra lib. 6. c. 4. num. 8.

- 1 An Episcopus possit dispensare in impedimentis matrimonium non dirimentibus,
- 2 Quando Episcopus possit dispe- sare in voto simplici castitatis.
- 3 Quando Episcopus in impedi- mento matrimonium dirimente dispensare possit.
- 4 An Episcopus dispensare possit cum minoribus non habentibus etatem requisitam.
- 5 Quid si militia etatem sup- pleat.
- 6 Et quid si ad etatem legitimam deficerent duo, vel tres dies. Quod dicatur etas legitimam in- mare, & in famina ad contrabé- dum matrimonium, ibidem.
- 7 Quando possit Episcopus dispe- sare in impedimentis dirimen- tibus post contractum matri- monium.
- An Commissarius Cruciate pos- sit in dictis impedimentis dispe- sare, ibidem.
- Qui habent priuilegium dispe- sandi in casibus Episcopali bus etiam matrimoniali bus, non possunt dispe sare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratio ne urgentis necessitatis competunt Episcopo, ibidem.
- 8 An Episcopus in dictis casibus dispensare possit quoad forum externum.
- 9 An Episcopus huiusmodi facul- tam possit alteri delegare.
- 10 An Episcopus Coniugi ad fidē conuerso concedere possit licen- tiā transēndi ad secundas nuptias viuēte altero cōsuge infideli.

R III CAP.

